

Ve
880

QJ 1782. 10

QVAESTIO
IVRIS CONTROVERSI
DE
VTILITATE EXCEPTIONIS
NON NVMERATAE PECVNIAE
IN FORO SAXONICO

QVAM

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS GRATIA
P R A E S I D E

D. CHRISTIANO HENR. BREVNING

PROFESS. PVBLIC. ORDINAR. IVR. NAT. ET GENT.
ET SOCIETAT. LITERAR. DVISBURGENS.

S O C I O

I N A V D I T O R I O I V R I D I C O

DIE XXI MARTII ANNO C D I C C C L X X V I I I .

D E F E N D E T

AVCTOR ATQVE RESPONDENS

C A R O L V S G O T T L O B S C H V L Z E

L O N G O S A L I S S. THVRING.

L I P S I A E
EX OFFICINA LANGENHEMIL.





DE
VTILITATE EXCEPTIONIS
NON NVMERATAE PECVNIAE
IN FORO SAXONICO



§. I.

Fides, quae saepe dubia inter homines facta, variis cautionibus ad optimendam securitatem gesti negotii origines dedit. Sic symbola inuenta inter populares, per quae dein gesti negotii probatio haberi posset. Sic Romani stipulationem adhibuere, sic scriptura interposita, quae fidem gesti negotii faciebat. Sicuti vero inter partes vel bilateralis obligatio, vel unilateralis contrahebatur; ita vel Chyrographa vel Syrapha adhibebantur, quo postea probari posset, quae inter partes inita conuentio atque contracta obligatio. Neque tamen omnem securitatem contra

* 2

frau-

fraudes chyrographa dedisse videntur, quod ex eo apparet, quod chyrographis facta obligatio negotii, quod vere peractum non fuerat. Exemplo sit: si mutuum a creditore accepturus debitor spe futurae numerationis eidem chyrographum dedisset, quae tamen spes postea impleta non fuit. Ideo invenita exceptio non numeratae pecuniae, quo fides et probatio ex chyrographo sumta tollatur.

§. II.

Vix antiqua iura quidquam de hac non numeratae pecuniae exceptione statuere, si vel solennibus verbis contracta, vel literis perscripta obligatio existeret. At postea chyrographis, ex quibus peti poterat probatio solutionis factae, coepit negari fides, forsitan ob eam causam, quod saepius et scriberetur et exhiberetur creditori futurae solutionis spe. Videatur autem primum annalis tantum fuisse, si ex *L. unic. C. Hermog. de caut. et non numer. pecun. coniectura procedit*, quod spatium temporis postea ab Imperatore AVRELIO forsitan Diocletiano in quinquennium mutatum, ut est in *alleg. Constitutione Cod. Hermogeniani*, quod et ipse IVSTINIANVS in *Tit. I. de liter. oblig.* testatur. Sed postea coarctauit IVSTINIANVS hoc quinquennii spatium ad tempus biennale, ut est in *L. 14. C. de non numerat pecun.* Multa in hanc causam egregie dixit SCHVLTINGIVS in *Not. ad Caii Instit. L. II. Tit. IX. §. 12. n. 76.* dixit et LYNKER diff. de literar. obligat.

§. III.

Fecit itaque sua Constitutione Imperator IVSTINIANVS, ut chyrographum seu cautio illa scripta probationis causa perfecta, probandi vim amitteret, quam plenam probandi vim obti-

obtinebat elapsō biennio; ex quo exorta est obligatio ex chy-
rographo proueniens. Hinc Iure peregrino illo introductus
chyrographarius contractus non erat in sola nominis subscri-
ptione quaerendus, sed oriebatur demum post biennium, si
amplius exceptione non numeratae pecuniae vis probandi
non posset elidi: ante vero elapsū biennium imperfecta erat
chyrographi probatio, quippe tunc probabat, si exceptio
non numeratae pecuniae opposita non esset. Neque videtur
Iustinianus, hac in causa improbe haec statuisse. Negatiua
enim seu non facti probatio, cum sit inexhaustae difficultatis,
fraudibus ingentibus locum reliquisset improbo credituro, ni
sic prospexit Augustā prouidentia, vt saltem intra tempus
breue se defendere potuisset debitor ex scriptura tantum praes-
sumtus, qui spe accipiendi mutui creditori exhibere coactus
chyrographum, quod iam confectum atque perscriptum erat.
Fac egisse quem pecunia, quam ad chyrographum mutuo da-
turus fuerat alter, quanta huius fuisset exceptio, si de-
bitor exhibere prius detrectaret chyrographum, quam ac-
cepta pecunia: an dubitemus, hunc male accepturum, quod
eam pecuniae summam ipsius debitoris fidei, hic ne chartam
illam cautionis causa conceptam crediturus esset. Hinc sapien-
ter obuiam iuisse videretur Imperator fraudibus metuendis, qui
tempus concederer, intra quod, vel exceptione se tueri poterat
debitor praesumtus, vel actione seu querela non numeratae pec-
uniae, quippe facillime sibi in adnumeranda pecunia prospic-
cere poterat creditor aduocatis testibus, per quos postea pro-
bare posset, quod in debitoris persona haud procedebat.

§. IV.

Sed quantae etiam finit exotici iuris rationes, tamen val-
de ab eo iure recessit forum Germaniae. Causam quaero

vnicē in processus nostri diuersa ratione. Non enim credibile est, plus tribuisse populares nostros creditoribus, quasi in iis minor fraus cogitari posset, quam debitoribus. Rectius effecit natura Processus Executiu, qui semper, si chyrographum seu documentum guarentigiatum, vt vocare solent, adest, ex nostri fori rationibus instituendus. Accessit, quod ex scriptura nominisque subscriptione praesumtio perfecta plena que probatio peteretur, quae non admittebat aliam in contrarium proferendam probationem, quam quae in continentili liquida, et quae pariter ex documentis sumi poterat. Ortum inde est, vt biennii illius a Iustiniano constituti spatium amplius obseruari non posset, quare exceptio non numeratae pecuniae omnem prope vim et priuilegium amisit. Exinde quoque venit, vt perfecta statim obligatio ex chyrographo haberi posset, quamvis nec biennium praeterlapsum, nec in eo, quod probandi negotii causa consecutum, debendi specialis expressa esset causa, vt ex Append. ORD. PROC. SAX. RECOGN. §. 5. patet.

§. V.

Sed oritur ex eo procedendi executiu modo quaestio dubia: an videlicet, si exceptio non numeratae pecuniae, vt altioris indaginis ad reconuentioem ablegetur, eaque reconuentio intra biennium instituatur, eo fruatur beneficio, ut in astorem solutionis seu numerationis factae necessitas deuoluatur. Si ex solius Romanorum iuris analogia decidendi ratio petenda esset, omnino videor magis procluus in eam opinionem, vt affirmem, si reconuentio instituitur, quae in locum exceptionis surrogatur, seu, quae separata exceptionis in conuentione oppositae deducitio et pertractatio est, ex regula, quod surrogatum sapiat natu ram eius, cui surrogatum est, astorem teneri ad probandam numer-

lumerationem factam. Exceptionis enim diuersa pertractandi ratio, non potest adimere exceptioni, quod habet priuilegium. Iam cum in Processu executiuo attendi non possit non numeratae pecuniae exceptio illiquida, quum actor instrumento guarentigiatu suam probaret actionem, vt inde reprobationi locus dari non poscit, datur reo, ne suo iure cadat, exceptionem non numeratae pecuniae reconueniendo tractare, vt probando id praefaret, quod reprobando propter Procesus indolem praestare haud posset. At vero exceptio non numeratae pecuniae, si allegari valide potuisset, onus probandi deuoluisset in actorem, qui reum conueniebat ex chyrographo, ergo et reconuentus actor idem efficere deberet.

§. VI.

At longe ab his rationibus recedit forum nostrum. Cum enim chyrographum plenam probandi habet effectum recognitione facta, semper tutus erit etiam in reconventione, vel querela non numeratae pecuniae creditor, vt ab omni probatione liberetur. Et cum praesumptionis ea sit natura, vt, qui contra eam excipiat, contrarium praesumptionis, et sic, factam numerationem non esse, probare debeat, negatiuam probare debet reus. Expresse ita iura nostra Electoralia in nouiss. d. A. 1746. DECIS. XXIII. cuius verba: *Deme wir noch beysfügen, dass, wenn auch solche in der Reconvention ausgeführt; oder querela non numeratae pecuniae wider eine richtige Verschreibung angestelllet wird, der Beweiss, dass die Zahlung nicht erfolget, demienigen, so sich darauf fundirt auferlegt und hingegen der, so ein documentum guarentigiatum vor sich hat, mit den Beweiss der geschehenen Zahlung verschonet werden sollte.* Ex hoc apparet, fere inutiliter esse in foris Electoralibus hanc iuris Romani priuilegiatam exceptionem. Quamuis quidem ius concedat illius usum, si in conti-

QK 7e 880

VIII

X 3073266

VD 18

continenti liquida fieri possit. Sed quam rarius cogitari potest, ut documentum conficiatur super non actu, aut potius actor confiteatur scriptura interposita, se non numerasse pecuniam, nisi datis literis mortificatoriis quas nominantur. At diximus fere inutilem esse eam exceptionem, et quidem in querela non numeratae pecuniae. Adeo tamen aliqua utilitas. Species est, si iuramenti delatione super libello virtutur debitor solutionem negans, ita enim scribit *cit. Decif. Wiewohl dem Kläger, der solchergestalt querelam non numeratae pecuniae angestellat, sich hierbey der Eydes Delation zugebrauchen frey sthet. etc.* At huic iuri terminum quinquennii posuit, intra quem querela instituenda, quo elapsò, et hoc adhuc concessum ius, ut iuramenti delatione, expirat.



B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Farbkarte #13

Green

Cyan

Blue

8
7
6
5
4
3
2
1
Inches
Centimetres

QVÆSTIO
IVRIS CONTROVERSI
DE
VTILITATE EXCEPTIONIS
NON NVMERATAE PECVNIAE
IN FORO SAXONICO

QVAM

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS GRATIA
P R A E S I D E

D. CHRISTIANO HENR. BREVNING

PROFESS. PVBLIC. ORDINAR. IVR. NAT. ET GENT.
ET SOCIETAT. LITERAR. DVISBVRGENS.

S O C I O

I N A V D I T O R I O I V R I D I C O

DIE XXI MARTII ANNO CCCCCCLXXVIII.

D E F E N D E T

AVCTOR ATQVE RESPONDENS

C A R O L V S G O T T L O B S C H V L Z E

L O N G O S A L I S S. THVRING.

L I P S I A E

E X O F F I C I N A L A N G E N H E M I L.



Ve
880

